



31

H. I. Vocabulorum enucleationem  
sæpenumero, in gravissimis quoque contro-  
versiis, rebus non contemnendam illumina-  
tionem promittere, eorumque indolis igno-  
rantiam præcatissimam contra errorum ex-  
hibere Lernam, cum non raro experiri datur,  
non possumus, quin & impræsentiarum **Æ-**  
**TERNITATIS** sive **ÆTERNI** origini variæque ipsius signifi-  
cationi aliquantis per antè inhæreamus, quam ad ipsius rei con-  
templationem nos conferamus. **Æternum** & **eternitatem** descen-  
dere ab ævo, ita, ut **eternus** idem sit, ac **æviternus**, in ævum durans,  
vel ab ævo existens, communis fert opinio. Scaliger de caus.  
L.L. cap. 31. derivat ab æthere, ut idem sit quasi ætherinus sive æ-  
thernus, sicut à vere vernus originem trahit. Alii, ut Svarez.  
disp. 50. secc. 3. num 3. **æternum** dici putant tanquam *extra ter-  
minum*, eò quod hæc duratio est interminabilis. Quod Latini  
per **æternum** Græci notant per *aīðiov*, quod *aīðo* τὸς *aīði* semper  
derivant; unde & Latini **sempiternum** dicunt. Similiter *aīðw*  
deducunt *aīðo* τὸς *aīði* ὅντος ab eo, quod semper est, ut adeò *aīðw*  
vì vocis idem sit ac **sempiternus**. Hebræi dicunt עולם à quo  
Latinum olim, quod notante Servio in i. Æneid. tres temporis  
differentias significat: עולם dicitur à latendo, abscondendo,  
quod nempe terminus & finis æternitatis lateat & nobis fit oc-  
cultus. Tantum de εἰμιολογίᾳ.

Th. 2. Non unam quoque hujus vocis acceptationem esse,  
ne iis quidem obscurum esse poterit, qui tam in sacris quam pro-  
fanis scriptis suspensa etiam manu versantur. Sic in abstracto  
**æternum** dicitur (1.) quod initio & fine durationis caret, quæ  
significatio princeps est, & propriè huc spectat. (2.) **æternum**  
dicitur, quod durationem aliquo modo habet interminabilem,  
veluti quod à parte post non habet terminum, et si à parte antè  
habeat terminum, i.e. et si inceperit: Sic damnatio impiorum &

▲ 3

vita